A. D. 1889.

CURRENDA

XIII. XIV.

N. 2554.

NOMINA BEATORUM:

Bronislavae Virg. — ***Clementis Mariae Hofbauer*** et ***Andreae Bobola*** sub ritu duplici minori **Calendario Dioecesano** inseruntur.

Tarnovien. Quum Fideles Dioeceseos Tarnoviensis peculiari devotionis cultu prosequantur Beatos Clementem Mariam Hofbauer Confessorem e Congregatione SS. Redemptoris, et Andream Bobola Martyrem e Societate Iesu, nec non Beatam Bronislavam ex Ordine Praemonstratensi; hodiernus ipsius Dioeceseos Rmus Episcopus, humillimis datis precibus, a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII. expetivit, ut a Clero totius Dioeceseos suae horum Beatorum Festa sub ritu Duplicis minoris et cum Officiis et Missis propriis iam, pridem a Sancta Sede approbatis recoli valeant, nempe Beati Clementis Mariae Hofbauer die 15 Maii; Beati Andreae Bobola die 23 eiusdem mensis, et Beatae Bronislavae die 3 Septembris. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuere dignata est in omnibus iuxta preces: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 Iulii 1889.

CARD. MONACO.

N. 2555.

USUS BIRETI

vel pileoli in deportanda Sanctissima Eucharistia ad infirmos licitus.

Tarnovien. Rme Domine uti Frater. Exponens Amplitudo Tua in regionibus istius Tibi commissae Dioeceseos ob aëris intemperiem et nimietatem frigoris iamdudum invaluisse consuetudinem ut Sacerdotes capite per birretum vel pileolum obtecto Sanctissimam Eucharistiam ad aegrotos deferant; Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem

Papam XIII. enixe rogavit, ut eiusmodi consuetudinem, licet invectam contra Rubricas et Apostolicae Sedis Decreta, et nonnisi cum valetudinis detrimento Sacerdotum praesertim senum eliminandam, ratam habere dignaretur. Sanctitas porro Sua, ad relationem infrascripti Sacrorum Rituum Congregationis Secretarii, benigne annuit ut enuntiatus usus in ista Tarnoviensi Dioecesi, attentis expositis circumstantiis, tolerari possit.

Quae dum pro mei muneris ratione Amplitudini Tuae communico ut Ipsa diu felix et incolumis vivat ex animo adprecor.

Amplitudinis Tuae, Romae die 10 Iulii 1889.

Uti Frater
CARD. MONACO.

N. 2430.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO DIE XXX. IUNII AN. MDCCCLXXXIX.

VENERABILES FRATRES.

Quod nuper, cum Vos hoc ipso in loco alloqueremur, novas easque graviores iniurias contra Ecclesiam romanumque Pontificatum comparari in hac alma Urbe diximus, id plane est, summo cum animi Nostri dolore omniumque bonorum offensione, patratum. — De qua re convocari Vos extra ordinem iussimus, ut liceat promere in medium, quo Nos modo affecerit indigne factum, itemque libere, uti par est, in conspectu vestro tantum nefas exsecrari.

Post conversionem rerum italicarum, romanaeque expugnationem urbis, vidimus profecto religionem sanctissimam Sedemque Apostolicam longa iniuriarum serie violari. Sed pravae hominum sectae acriter ad peiora, nondum concessa, tendunt. Obstinavere animis principi catholici nominis urbi omnis profani moris impietatisque imponere principatum: atque huc flammas invidiae undique collectas admovent, ut hanc Ecclesiae catholicae velut arcem adorti, opportunius moliantur ipsum lapidem angularem, quo illa nititur, funditus, si fieri posset, evertere. Revera, quasi non satis ruinarum tot iam annos edidissent, en semetipsos conati audacia vincere, uno ex sanctissimis anni chri-

stiani diebus, monumentum statuunt in publico, quo contemax in Ecclesiam spiritus posteritati commendetur; simulque doceatur, capitale cum catholico nomine geri bellum placere. — Id velle, nominatim machinatores facti fautoresque praecipuos, res loquitur ipsa. Augent honoribus hominem dupliciter transfugam, haereticum iudicio convictum, cuius usque ad extremum spiritum est provecta adversus Ecclesiam pertinacia. Imo his ipsis de caussis ornandum censuere: neque enim in eo vera decora constat fuisse. Non singularem rerum scientiam: sua quippe ipsum scripta *pantheismi* arguunt turpisque *materialismi* sectatorem, vulgaribus implicatum erroribus, a semetipso non raro dissidentem. Non ornamenta virtutum, cum contra mores eius documento posteritati sint extremae nequitiae corruptelaeque, quo hominem possunt non domitae cupiditates impellere. Non praeclare facta, non egregia in rem publicam merita: suetae illi artes, simulare, mentiri, sibi esse deditum uni, nec ferre si qui secus sentiret, adulari, abiecto animo pravoque ingenio. Honorum igitur, quos tali viro tantos habuerunt, ea vis, ea prope vox est, seorsum iam a doctrina divinitus tradita, seorsum a fide christiana vitam omnem institui, mentesque hominum a potestate Iesu Christi penitus vindicari oportere. Quod plane idem est sectarum malarum consilium atque opus, quae, quacunque vi possint, alienare a Deo contendunt totas civitates; et cum Ecclesia romanoque Pontificatu infinito odio atque ultima dimicatione confligunt. — Quo autem et iniuria foret insignior et caussa notior, dedicationem fieri magno apparatu, maiore frequentia placuit. Multitudinem non exiguam sua intra moenia undique accitam per eos dies Roma vidit; circumducta impudenter infesta religioni vexilla: quodque maxime horribile est, nec defuere signa cum simulacris *nequissimi,* qui subesse in caelis Altissimo recusavit, princeps seditiosorum, cunctarum instimulator perduellionum. — Scelesto facinori insolentia concionum scriptorumque addita, in quibus rerum maximarum sanctitati sine pudore, sine modo illuditur, vehementerque illa extollitur exlex cogitandi libertas, quae pravarum opinionum fecunda procreatrix est, unaque cum moribus christianis fundamenta quatit disciplinae societatisque civilis.

Tam triste autem opus longa praeparatione curari, instrui, perfici licuit, non modo scientibus qui praesunt, sed favorem atque incitamenta prolixe aperteque praebentibus.

Acerbum dictu, ac simile portenti est, ab hac alma urbe, in qua domicilium Vicarii sui Deus collocavit, rebellantis in Deum rationis humanae manare praeconium: atque unde incorrupta Evangelii praecepta et consilia salutis petere orbis terrarum consuevit, ibi, conversis inique rebus, nefarios errores ipsamque haeresim monumentis impune consecrari. Huc Nos traxere tempora, ut *abominationem desolationis* videremus *in loco sancto.*

In tanta indignitate rerum, quoniam christianae reipublicae regimen cum custodia tutelaque religionis commissum Nobis est, testamur, offensam contumeliâ Urbem, sanctitatemque fidei christianae ignominiose violatam: universoque orbi catholico sacrilegum facinus, querendo indignandoque, denunciamus.

Verumtamen utilia documenta fas est ex iniuria capere. — Hinc enim magis magisque apparet, num quieverint, everso principatu civili, hostiles animi, an aliud expetant ut extremum, scilicet ipsam aequare solo sacram Pontificum auctoritatem, fidemque christianam ex stirpe delere. — Similiter eminet, num Nos in repetendis Apostolicae Sedis iuribus humanâ aliqua re, an potius libertate apostolici muneris, dignitate Pontificis, atque ipsa rerum italicarum germana prosperitate moveamur. — Denique ex hoc ipso rerum eventu nimium nosse licet, quid valeant et quo ceciderint tam multa et ampla, quae initio promittere ac spondere non dubitaverant. Obsequia enimvero omnisque venerationis officia, quibus romanum Pontificem honestari liberaliter se velle aiebant iniuriae contumeliaeque gravissimae sensim consecutae sunt; quarum nunc maxima atque in omnium luce et conspectu mansura, impuri perditique hominis monumentum.— Hanc item Urbem, quam fore semper et gloriosam et tutam romani Pontificis sedem affirmabant, caput esse novae impietatis volunt, ubi rationi humanae, velut in divino fastigio positae. cultus adhibeatur absurdus et procax.

Itaque reputate apud vos, Venerabiles Fratres, quaenam Nobis in summo fungendo munere Apostolico, vel libertas vel dignitas relicta sit. — A metu et periculo ne persona quidem abest Nostra: nemo enim unus ignorat, quorsum conspirent quidve petant homines pessimarum partium; nec quisquam est quin videat, eos ipsos, secundis usos temporibus, et numero in dies et impudentia magis valere, decretumque habere non ante quiescere, quam res ad extremum casum perniciemque compulerint. Quod si in re, de qua conquerimur, una deterrente utilitatis caussa, non tanta illis data licentia, ut prava sua consilia vi etiam manuque infesta persequerentur, nemo facile sibi suadere queat, non aliquando, opportunitatem nactos, ad id quoque sceleris esse venturos; maxime quod in eorum sumus potestate, qui nec verentur sic criminari Nos publice, quasi inimico atque infenso in Italicas res animo essemus. — Nec minus metuendum est, ne proiecta ad omne facinus audacia perditorum hominum inflammataeque libidines, non aeque semper coerceri possint et restingui, si forte tempora inciderint magis formidolosa et turbulenta, seu propter civiles turbas rerumque publicarum conversiones, seu propter motus calamitatesque bellorum. — Ita eo testatius apparet, quae demum conditio teneat summum Ecclesiae Caput, Pastorem et Magistrum catholici nominis.

Hac Nos profecto acerbitate aegritudinum et mole curarum, devexa praeterea ut sumus aetate, pene fracti conficeremur, nisi erigeret animum viresque sustentaret quum exploratissima spes, fore nunquam ut |Vicarium suum divina ope Christus desti-

tuat, tum conscientia officii, qua sancte monemur, eo Nos debere firmius ad gubernacula Ecclesiae incumbere, quo saeviat in eam acrius errorum et cupiditatum ab inferis concitata procella. — Spem igitur et fiduciam omnem habemus in Deo sitam, cuius agitur caussa, confisi maxime deprecatione praesentissima, quam incenso animi studio imploramus, magnae Virginis, christiani populi Adiutricis, itemque beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, quorum in tutela et praesidio alma haec Urbs feliciter semper conquievit.

Iamvero, quemadmodum vos, Venerabiles Fratres, dolores Nobiscum precesque ad Deum, conservatorem et vindicem Ecclesiae suae, assidue consociatis, ita minime dubitamus, quin Venerabiles Fratres, per Italiam Episcopi, sint idem facturi constanter, atque adeo intentiore cura et opera, prout temporum poscunt discrimina, populo quisque suo sint consulturi. — In hoc praecipue contendant hortamur, ut aperiant illis planeque declarent, quantae iniquitatis et perfidiae instituta a religionis iisdemque patriae hostibus sint ad perficiendum suscepta. Rem videlicet esse de summo verissimoque bono, quod fide catholica continentur; nihil hostes conari impensius, quam ut itales gentes ab ea fide divellere possint et abstrahere, cuius munere omnis generis gloria et prosperitate ipsae diutissime floruerunt; viris autem catholicis nefas omnino tantis periculis indormire vel leviter occurrere; sed esse oportere in sua fide profitenda animosos, in tuenda stabiles, alacres quoque et paratos ad quasvis iacturas, si res postulent, pro ipsa faciendas. — Quae quidem documenta et monita cives romanos propius attingunt, quippe quod eorum fides, ut palam est, in periculosiores quotidie offensiones callide adducatur. At ipsi vero, quanto amplius a Deo fidei beneficium, ex tanta cum hac Apostolica Sede vicinitate et coniunctione, se habere sciunt, tanto magis in ea perseverare meminerint, patribus illis maioribusque digni, quorum fidem praeclara toto orbe fama celebravit. Ipsi porro atque Itali omnes, omnesque ubique catholici, tum precibus tum omni piorum operum genere, ne cessent a Deo contendere, si iram suam, tot in Ecclesiam nefariis conviciis insanisque contentionibus provocatam, clementius remittat, et communibus bonorum votis, misericordiam, pacem, salutem efflagitantium, benignissime obsecundet.

N. 2569.

Dokumenta tyczące się nowo nałożonych taks (opłat) od nadania posad duchownych:

I. *Odezwa c. k. krajowej Dyrekcyi Skarbu we Lwowie z d. 8. kwietnia 1889 l. 25681 do Konsystorza Biskupiego.*

Odnośnie do tutejszej odezwy, z d. 13. listopada 1884. l, 6895. i przedstawienia Najprzewielebniejszego Konsystorza z d. 20. lutego 1886. l. 541.. wniesionego w tutej-

szem c. k. Namiestnictwie udziela się w załączeniu odpis reskryptu c. k. Ministerstwa skarbu, z d. 8. marca 1889. l. 22769. w przedmiocie należytości od nadania posad duchownych z uprzejmą prośbą o zarządzenie, aby na przyszłość ściśle przestrzegano obowiązku uiszczania należytości po myśli wskazówek podanych w tymże reskrypcie.

Przy tem zauważa się, że należytość od dokumentów w przedmiocie nadania posad w tym razie jeżeli wysokość poborów połączonych z odnośną posadą jest wyrażoną w samym dokumencie nadania w sposób wskazany w §. 4. B. względnie w §. 5. B. a. ustawy o należytościach z d. 9. lutego 1850. i kwota należytości bez nadzwyczajnego dodatku nie przewyższa 20 złr. ma być bezwarunkowo wedle §. 6. ustawy z d. 13. grudnia 1862. uiczczoną w znaczkach stemplowych przez należyte ostemplowanie odnośnego dokumentu nadania, zaś w razie, jeżeli kwota tej należytości bez nadzwyczajnego dodatku wynosi więcej jak 20 złr. i obowiązany do zapłaty nie chce korzystać z przysługującego Mu, wedle §. 6. ustawy z d. 13. grudnia 1862. prawa uiszczenia tejże w znaczkach stemplowych jak niemniej w razie, jeżeli wysokość poborów połączonych z posadą nie jest wyrażona w samym dokumencie nadania w sposób wskazany w §. 4. B i §. 5. B. a. ustawy o należytościach, odnośne dekreta (dokumenta) nadania powinne być wedle §. 43. i 44. ustawy o należytościach w 8. dniowym terminie do wymiaru należytości zgłoszone.

Obowiązek zgłoszenia tych dokumentów w celu wymiaru należytości ciąży na nadającym i otrzymującym odnośną posadę, gdyż oni wedle §. 64. ustęp 1. i §. 68. ustęp 1. ustawy o należytościach do uiszczenia należytości niepodzielnie są obowiązani.

Niezgłoszenie do wymiaru należytości dokumentu nadania posady jak niemniej nieuiszczenia w stemplach należytości, o ile takowa wedle §. 6. ustawy z d. 13. grudnia 1862. w ten sposób bezwarunkowo ma być uiszczoną jest zagrożona podwyżką w §. 79. ustawy o należytościach z d. 9. lutego 1850.

D. j. w.

II. *Odpis reskryptu c. k. Ministerstwa Skarbu z d. 8. marca 1888. l. 22769.*

Nach T. P. 40 *a.* des Gesetzes vom 13. December 1862 unterliegt die Uibertragung von geistlichen und weltlichen Aemtern und von Dienstesstellen zur Besorgung dauernder oder wiederkehrender Geschäfte der daselbst erwähnten Art in der Voraussetzung, dass dieselbe auf schriftlichem Wege erfolgt, als entgeltlicher Dienstvertrag der Gebühr nach Scala III. von dem Betrage aller mit der Bedienstung verbundenen Jahresgenüsse mit Berücksichtigung des §. 26 des G. G. u. z. im Sinne der lit. *c.* dieses §. nach dem zehnfaahen Betrage des Jahresgenusses, wenn die Anstellung *definitiv* rücksichtlich auf *Lebensdauer* des Angestellten, im Sinne der lit. *e.* desselben §. aber nach dem dreifachen Betrage des Jahresgenusses, wenn die Anstellung auf *unbestimmte Zeit* erfolgt, unter Umständen auch, wenn es sich nur um eine provisorische Diensteszuweisung handelt.

Hiernach unterliegt die Ernennung der kirchlichen Funktionäre, welche auf ihre Pfründe canonisch investirt und von derselben nicht beliebig versetzbar (inamovibel) sind, wie dies z. B. von allen Pfarrern gilt, der Gebühr uach Scala III. von dem zehn-

fachen Jahresgenusse, dagegen die Anstellung jener geistlichen Funktionäre, *welche durch den Ordinarius beliebig versetzbar sind*, d. i. der ohne Investitur angestellten selbstständigen Seelsorger, mögen sie nun Localcapläne, Vicare oder wie immer heissen, sowie die Anstellung der Cooperatoren, Coadjutoren und Capläne, überhaupt aller jener geistlichen Funktionäre, welche einem Beneficium auf unbestimmte Zeit als Hilfspriester zugewiesen werden, der Gebühr nach Scala III. von dem dreifachen Jahresgenusse. Im Zweifel gilt als der mit der Bestellung zum Cooperator, Caplan etc. auf sistemisirten Hilfspriesterposten verbundene Jahresbezug die gesetzlich statuirte Hilfspriester-Congrue (Finanzministerial-Erlass vom 17. Juli 1863 Zl. 19865.)

Auf diese nach T. P. 40 *a*. des Gesetzes vom 13. December 1862 der Gebühr nach Scala III. vom zehnfachen oder dreifachen Jahresgenusse unterliegendenden Dienstverleihungen hat die Anmerkung 3 zu dieser Tarifpost Anwendung[1])

Erfolgt die Diensteszuweisung von Cooperatoren, Caplänen etc. auf sistemisirten Posten ausdrücklich nur auf eine bestimmt begrenzte Zeit z. B. 2 oder 3 Jahre, so ist nach §. 16. lit. *a*. (eventuell *b*. G. G. und T. P. 40 *a*). unter Umständen in Verbindung mit Anmerkung 3 zur T. P. 40 *a*. vorzugehen.

Was die Bestellung von Pfarradministratoren, Provisoren, Substituten, Personalkaplänen und überhaupt solchen geistlichen Funktionären, welche nur vorübergehend auf kürzere Zeit, z. B. bis zur Wiederbesetzung eines vakannt gewordenen Dienstpostens oder bis zur Genesung eines erkrankten Pfarrers berufen werden, anbelangt, so ist zur Beurtheilung der Gebührenpflicht zunächst zu untersuchen, ob durch diese Berufung thatsächlich die Uibertragung eines Dienstpostens stattfand oder nicht. Eine solche Uibertragung könnte in dem Falle nicht angenommen werden, wenn der auf einem derartigen Posten Berufene seine frühere Stelle noch weiter beibehält.

In einem solchen Falle wäre nur dann, wenn zugleich eine Vermehrung der Bezüge eintritt, wie dies z. B. bei den Excurrendo-Providierungen zutrifft, mit welchen auf Grund des §. 5 des Gesetzes vom 19. April 1885 R.-G. Bl. Nr. 40 der Anspruch auf eine Remuneration verbunden ist, ein Anlass zur Entrichtung einer Gebühr oder eines Stempels vorhanden.

Handelt es sich aber hiebei um die Uibertragung eines Dienstpostens, so ist zu unterscheiden, ob der Umstand, dass die Zuweisung nur auf eine kürzere, ein Jahr nicht überschreitende Dauer erfolgte, entweder in der Bestellungsurkunde ausdrücklich enthalten, oder auf andere Art nachweisbar ist. Auf einen solchen Fall hat bei dem Umstande, als es sich hier nicht um eine Uibertragung einer Dienstes-Stelle zur Besorgung *dauernder* oder wiederkehrender Geschäfte handelt, nicht die T. P. 40 lit. *a*. sondern T. P. 40 lit. *d*. Anwendung und unterliegt eine derartige Diensteszuweisung in der Voraussetzung, dass dem Bestellten hierüber eine Urkunde, rücksichtlich ein Dekret u.

---

[1]) Anmerkung 3: Falls der Bedienstete von demselben Dienstgeber oder seinem Rechtsnachfolger eine andere, gleich oder höher dotirte Bedienstung erhält, so ist im ersten Falle nur die fixe Stempelgebühr von 50 kr. von jedem Bogen, im zweiten die Gebühr nur vom Mehrgenusse zu entrichten, es muss aber die Entrichtung der Gebühr von dem früher erlangten Genusse, oder die Befreiung von derselben nach den zur Zeit in Wirksamkeit gewesenen gesetzlichen Vorschriften nachgewiesen werden.

s. w. behändigt wird, als ein für sich bestehender Dienstvertrag der Gebür nach Scala II. von dem einfachen Jahresgenusse, oder wenn eine kürzere Funktionsdauer des Bestellten festgesetzt wurde, von dem für diesen Zeitraum entfallenden Bezuge. Dies hat auch zur Folge, dass wenn z. B. ein Administrator im Laufe eines Jahres mehrere Male seinen Posten wechselt, die Gebühr nach Scala II. eventuell von jedem Wechsel nach Massgabe der betreffenden Bezüge zu entrichten ist, da die Anmerkung 3 zur T. P. 40 *a*. nur auf jene Fälle Anwendung hat, bei welchen die Gebühr nach Scala III. von dem zehnfachen oder dreifachen Jahresbezuge zu entrichten ist.

Erfolgt dagegen die Bestellung eines Administrators, Provisors etc. auf unbestimmte Zeit und voraussichtlich auf längere Zeit als ein Jahr, so wird eine derartige Dienstverleihung, wenn sie von demselben Dienstgeber ausgeht, nach der Anmerkung 3 zur Tarif-Post 40 *a*. zu behandeln, und entweder der Gebühr nach Scala III. von dem durch die Berufung erhaltenen Mehrbezuge im dreifachen Jahresbetrage, oder wenn mit der Stelle ein Mehrgenuss nicht verbunden ist, dem fixen Stempel per 50 kr. zu unterziehen sein.

III. Według brzmienia powyższego rozporządzenia obowiązani są do opłat należytościowych nietylko ci kapłani, którzy stałe posady parochów lub kapelanów lokalnych na mocy kanonicznej instytucyi otrzymują, lecz także administratorowie opróżnionych probostw lub kapelanii, a nawet kooperatorowie.

Pierwszym t. j. proboszczom i kapelanom lokalnym wymierzona ma być należytość według skali III. od rocznego z probostwa lub kapelanii dochodu dziesięćkrotnie liczonego. Jeżeli więc dochód probostwa lub kapelanii lokalnej obliczony jest według sprawdzonej fasyi naprzykład na 540 złr. w. a., kapłan który takie probostwo lub kapelanią lokalną otrzyma, winien będzie od wyżwymienionego dochodu rocznego dziesięćkrotnie liczonego czyli od sumy 5400 złr. zapłacić według skali III. tytułem należytości prawnej wraz z dodatkami 33 złr. 75 ct. w. a.

Według tej samej t. j. III. skali i od rocznego dochodu, lecz nie dziesięć tylko *trzykrotnie* liczonego, opłacać mają należytość prewną także kooperatorowie przy otrzymaniu pierwszej posady kooperatorskiej. Każdy zatem otrzymawszy posadę kooperatorską, do której według ustawy kongrualnej przywiązana jest płaca w rocznej kwocie 300 złr. w. a., winien będzie przy pierwszem posady takiej otrzymaniu, od tego dochodu trzykrotnie liczonego czyli od sumy 900 złr. w. a. uiścić tytułem należytości 6 złr. 25 ct. w. a., od posady zaś z wyższą dotacyą wyższą także należytość.

W razie przeniesienia beneficyata na inne lepiej dotowane probostwo, przeniesiony będzie winien opłacić należytość według skali III. od rocznej w dochodach dotacyi nadwyżki 10-krotnie policzonej. Kooperatorowie zaś przeniesieni w tej samej własności na posadę o wyższej według ustawy przypadającej dotacyi, opłacać będą należytość także według skali III. od rocznej nadwyżki dotacyjnej, lecz tylko trzykrotnie pomnożonej.

Przeniesiony zatem z posady do której według ustawy przywiązana jest płaca 300 złr. w. a. na posadę kooperatorską z roczną płacą 350 złr., winien będzie z powodu przeniesienia od rocznej w dotacyi nadwyżki w kwocie 50 złr. trzykrotnie policzonej czyli od 150 złr. zapłacić tytułem należytości 94 ct. w. a., przeniesiony na po-

sadę kooperatorską z płacą roczną 400 złr. będzie winien tytułem należytości uiścić 2 złr. 50 ct. Ci zaś którzy przeniesieni zostają z jednej posady kooperatorskiej na inną z niewiększą jednak jak poprzednio dotacyą, będą opłacać 50 ct.

Co do administratorów probostw i kapelanów lokalnych wyż przytoczone rozporządzenie ministeryalne postanawia, iż przedewszystkiem baczyć należy, na jaki przeciąg czasu administrator został ustanowiony. Jeżeli w odnośnym dekrecie nominacyjnym okres trwania administracyi oznaczono na krótszy przeciąg czasu jak na rok, lub jeżeli jawnem jest, iż administracya nie będzie dłużej jak rok trwała, natenczas winien administrator opłacić należytość według skali II. od rocznego prawnie mu przysługującego dochodu. Administrator przeto któremu należy się prawnie płaca w kwocie 30 złr. w. a. miesięcznie, winien będzie według wyż przytoczonego postanowienia uiścić tytułem należytości kwotę 1 złr. 25 ct. w. a., administratorowie z płacą wyższą t. j. od 40 do 60 złr. miesięcznie 2 złr. 50.

Co do sposobu uiszczania przypadających w myśl powyższego rozporządzenia należytości od nadania posad duchownych, c. k. krajowa Dyrekcya skarbu oznajmiła Nam w powołanej na wstępie Odezwie, że w myśl §§. 43 i 43 ustawy o należytościach, dekreta dotyczące nadania posad duchownych powinny być w 8-dniowym terminie do wymiaru należytości zgłaszane.

W skutek tego postanowienia więc konsystorz Nasz będzie o każdej na parafialnych posadach duchownych zmianie zawiadamiać dotyczące c. k. władze, które przypadające według ustawy należytości wymierzać i takową od dotyczących funkcyonaryuszów duchownych za pokwitowaniem odbierać mają.

Rozumie się zaś samo przez się, iż przeciw niezgodnemu z ustawą wymiarowi należytości przysługuje każdemu prawo rekursu do właściwej c. k. władzy wyższej.

Podając do wiadomości Wielebnego Duchowieństwa parafialnego powyższe rozporządzenie c. k. Ministerstwa skarbu, zaznaczyć musimy, iż z Naszej strony już w roku 1886 czyniliśmy przedstawienia przeciw wkładaniu na Duchowieństwo parafialne nowych w tak wysokim stopniu obciążających opłat. Lecz jakkolwiek przedstawienie Nasze nie odniosło pożądanego skutku, wszelako nie zaniedbamy dalszych prawnych użyć środków, ażeby przynajmniej XX. Administratorowie i Kooperatorowie nie byli pociągani do opłat należytościowych.

W końcu nadmieniamy, że według postanowienia ustawy o należytościach zawartego przy poz. taryfy 40 uwaga 2 (Tarif-Post 40 Anmerkung 2.), należytość prawna która przewyższa kwotę 20 złr. w. a. może być w 12 ratach miesięcznych uiszczoną, o co jednak właściwą c. k. władzę prosić należy.

N. 2404.

WEZWANIE DO ODPRAWIANIA MSZY ŚW.

na rzecz budowy kościoła w Woli Rafałowskiej (Dyecezya Przemyska) p. Rzeszów.

ks. Jan Dobrowolski pleban we Woli Rafałowskiej, dyec. Przemyskiej, przedstawił Nam gorącą prośbę do W. Duchowieństwa o łaskawe poparcie go w budowie ko-

ściola przez odprawienie na ten cel intencyi mszalnych. Litując się nad biedną górską parafią, która z własnych środków domu Bożego nigdyby postawić nie mogła, raczą W. Współbracia wedle możności przyjąć jakąś liczbę tychże intencyi, zapisując je z dodaniem swego nazwiska na osobnych arkuszach, które przew. XX. Dziekani wraz z najbliższą kurrendą roześlą. Odprawienie tychże Mszy św. tem łatwiej przyjdzie, że przyjmujący je zwyczajnem terminem nie są związanymi.

Arkusze zaś z uwiadomieniem przyjętych do odprawienia Mszy św. Przewielebni XX. Dziekani przedłożą Konsytorzowi Biskupiemu najpóźniej do końca Sierpnia br.

Mutationes inter Venerabilem Clerum

inde a 4. Iulii 1889 usque ad 31. Iulii 1889.

R. *Franciscus Romański,* administrator de Chronów, institutus canonice pro Beneficio Curato ibidem.

R. *Nicolaus Zabrzeski,* Cooperator Expositus de Sromowce niźnie, constitutus Capellanus penes Monasteriam S. Clarae in Stary Sącz.

R. *Franciscus Fijaś,* Coop. Expositus de Niwiska canonice institutus ad Beneficium Curatum in Nockowa.

R. *Franciscus Sikora,* Coop. Expositus in Nagoszyn, translatus ad Niwiska.

R. *Alojsius Guńkiewicz,* Coop. in Czermin, applicatus ad Ecclesiam filialem de Nagoszyn.

R. *Adam Kurkiewicz,* Coop. in Lubcza, translatus ad Czermin.

R. *Antonius Gawroński,* Coop. de Nowy Wiśnicz, translatus ad Dembno.

R. *Paulus Bączewski,* Coop. de Dembno, ab officiis Cooperatoris eliberatus et a ***Sacris suspensus.***



E Consistorio Episcopali.

Tarnoviae, die 31. Iulii 1889.

IGNATIUS
Eppus.

Stanislaus Walczyński
Scholasticus Cancellarius.

W drukarni Józefa Styrny w Tarnowie, 1889 — Nakładem Kleru Dyecezalnego